



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1637**

Principium & Fundamentum Exercitioru[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](#)

MEDITATIO  
DE FUNDAMENTO.

Textus Exercitiorum S. Patris nostri  
sic habet :

**C**reatus est homo ad hunc finem,  
ut Dominum Deum suum lau-  
det ac reuereatur, eiq; seruiens tandem  
saluus fiat. Reliqua verò supra terram  
sita, creata sunt hominis ipsius causā,  
ut eum ad finem creationis suæ prose-  
quendum iuuent; vnde sequitur, vt en-  
dum illis, vel abstinentium catenus esse,  
quatenus ad prosecutionem finis vel  
conferunt, vel obsunt. Quapropter de-  
bemus absque differentiâ nos habere  
circares creatas omnes (prout liberta-  
ti arbitrij nostri subiectæ sunt, & non  
prohibitæ,) ita vt, quod in nobis est, non  
queramus sanitatem magis quam ægri-  
tudinem; neque diuitias paupertati, ho-

D 5 norem

*norem contemptui , vitam longam  
breui præferamus : sed consentaneum  
est, ex omnibus ea demum , quæ ad fi-  
nem ducunt , eligere, ac desiderare.*

### MEDITATIO CIRCA FUNDAMENTVM.

**H**ÆC Meditatio diuidi potest in quatuor puncta ; vnde tres fructus colligi possunt, in quos oculos concircere , & ad quos obtainendos exercitium hoc huius diei dirigere debemus. Vocatur *principium* : quia in eo , quæ tale est, includuntur resolutiones , quæ post fusiū declarabuntur . Vocatur *fundamentum* : quia super eo assurgit totum vitæ spiritualis ædificium.

PRIMVM PUNCTVM. Prima quæ hominem tenere debet cura est , scire in quem finem creatus sit , & sollicitum esse ut illum acquirat. Finis, propter quem Deus hominem creauit, est

Primò , Ut eum laudet & glorificet corde, ore, & opere, omnia ad maiorem Dei